Salve mi N. Lras tumultuarias eunti iã Henrico Linggio Schafhu-
nõ premonitus dedi, eas an acceperis rescire tandemũ potero cũ termis
nostris post nuptiales tuas responsionem dederis. Postrema longas
ipsa quidem brevis nuntij culpa, promisit an his satysfaciã videto.
Ego miserabilis fortune vulner[ib]us sauciatus ~~...~~ me totũ medico tibi
apperiam. Luteciã redij a qua pestem hyemis pepulit. Glareani lares
nihil illi obstrictus honesto sodalitio usus incolo. Retuli hoc nõ frustra
noveris enim hinc tutiori loco q̃ʒ prius morari. Pecunia illa tanta
quã discedens a priã habui ocĩ ventri, libris vestibus, dedi sed fortune
ac dyssidijs reddidi nisi maneris sponte ad instabili datricem q̃ Tolosam
nuri redijsse. Scripseram itaqʒ parenti ne me perdita Zona in angustias
coniectum mitte[n]dis alijs sadiutaret. Fecit ille quod sperabam:
Viginti scutatos celeri Regio cũ lr̃is credidit ut ad me mitteret.
Literas quidem nõ etiã pecuniam miser accepi. Ecce calamitosum
hominẽ Limoni nimirũ noverca quarta luna natum. Quia enim
intercedente iussu prñõ in patriam redire potuissem ille abutitur pecunia.
Patris lr̃as quas septembris decimaquarta scripserat vix tandẽ Ianuarij
nona die accepi, Iubet pravos socios qui me bis in discrimina summa pecunie
et vite coniecerint relinquam, ne ~~...~~ tercio in eandem foveam precipitatus
patrem erga me exuere cogatur nec inde e manu invatrici extrahere.
Honesti erant et probi adolescentes qui me viennæ in eos fluctus induxerant
quos vix dextra nõ in totum recisa vitavi, Honesti itidem sunt qui me
in secundem atqʒ adeo tunc capitis periculum irretiverant socij olim
quo[rum]. Ergo quod ille et prava sodalitati q̃ nulla ẽ et mihi cuius cã malorũ
culpa nõ tota ẽ imputat Id ego velim ille mea fata cognosceturus
aliquando in disfortunium rejicere discat. Hec ex genitoris scriptis
tibi repetij. Nunc quid Myconius meus sed tuus etiam nunciet audi.
Patre (inquit) doleo quod ultra honestatem aliquid patrasse me timeat,
et qm adeo anxie timeat insomnes misere ducere noctes. Qui si facta
mea nosset melius, trabe illius sinente ad Festucas meas Tyrchoas
hoc tecũ futuras nimirum esset. (Loquor ~~...~~ Ioachimo, ob id q̃ unus Vadianũ,
virum undiqʒ doctum, Harpocratem, sororiũ dexioq̃ agas. Trabem
ad Lucernã sequites ituri noscere cepisti. Male me audire credit
ob bellũ illud inter nos et Latrones ego vero nihil audio nedum mali.
Et quoties ejus mentio incidit nõ est erubescendum et mox mille conscientie
testibus pectora corrodenda prebere opus. Liber ẽ animus hic nullas contu-
melias timens. Sed quid eius culpa patiar prius Cesari postea regi
Gallo alendus traditus nescit, si enim parvo et parto vivere docuisset
hoc ẽ paterno more spero enim nihil ~~...~~ vexe prohibitorũ iurato ab illo
\+ amperss[?] Tom. etiã lapidi, et pennas nido nõ maiores extendere voluisset
(q̃ʒ uis id de altero suo filio nõ minus statuat ut in nido trabi affixo
sp̃ pennas Vulturis extendat) nõ audirem publice et a tergo male,
nõ timerem quoties qui prius parentes ẽẽ volunt proditoribus male imprecant

ni et patres vix enim mi possunt, inter eos comprehendere se putent. Ob id credentes
forsitan et ipsum quoque Pensionem regiam detestere quam id filius agat. Qui sermones cum
grassantur non modo rubore suffunderer non modo pallerem, non equites aurati aliique scele-
ratum patrem meum Gallorum regis partes fovere dicerent, non morderer non quemlibet conscium rei crederem
ut multi certe sunt et si hoc parens hic Harpocrate celare nitatur tanto rerum usu ignorans
Tempus imo ipsam diem cuncta revelare, nihil de reddendo cogitandum esset, non
ederent cor Arcturorum Vultures, non servus essem pecuniae et si illi iuxta adagium omnia obediant
non libertatem auro non famam bonam forsitan vili metallo vendidissem, si non magna
prorsus gemmis et regum munusculis saltem me perdidisse arbitrarer, non etiam
ipsam ob hoc facinus nescio cui deberem, non omnium miseriarum generi obijcerer si Delphi-
cum hoc aurum non rapuissem Tolosa. Quod me si ausim dicere solum ut preter id nihil
criminis exstat. Quippe quod non minus sacrum deo sit quam Tolosanum illud quod dixi
Populi divitias rex exugit et cibum lupus ex ore eius rapit quo me splendide adornem
lautissime epuler, et olim si respublica in dignitatis fastigia et honorum veheret nescio
ad quid non faciendum compelleret, non Helveticam libertatem proscripsissem a me toties
tot dominorum iam factus servus. Sed ut libere quod sentio dicam prudenter parum
egit parens quod huius itemque regij stipendij accipiendi causa fuit. Ego vero segnius
accipiendo prudentior quam ille non mature dando mihi ipse videor. Dices nimirum
in re parva magnos tumultus ciere nihilibet facere argumenta. Vel ob id quod
iam nemo non vel undique et ab omni semper rapiat. Vel quod consuetudo legem prope
induxerit rapiendi. Quod si sic ita habet Credi mihi non idem animo versare et quod inde
[illegible] nemo avellere nec ipsa quidem facundia posset. Scitus sum opes inops factus
sum, multa fortuna recepit multa ipse consumo. Mustela capsa macer subij
iam pinguis aliquantulum si dijs placet factus non iterum caredi e carcere ni quod
edi rursus evomam potero. Intellexisti utrinque causam tu vide qui dormationis
Thetha notare debeat. Num vero hoc missa faciemus. Et quae Myconius monuerit
referemus. Patrem non tuum non eius quoque precibus tantum tribuere velle iratum refert
quam si e Gallia redirem ut non irasceretur vehementer. Quinetiam si tum ad Tiguri
nos pervenissem non paucos e dies intrandas fuisse censuisset. Cum ergo tam in-
hospitalis futurus sit pater mihi planum me in Gallia illo cunctandum esse et si
pecuniam suppeditaret quispiam non modicam. Verum si illi vocaret quidni venirem
Sunt qui suadeant illi ne diutius me intra trahere hic sinat. Vel ob hoc ipsa quod non
minus in me seritura sit pestis quam pro me ille minus quam illa, Faveant illi quicunque
illi sunt ut tempora mea et fortuna, Vellent me perire miseram miseri. [illegible] Quos qui-
dem procul dubio annus et vota non fallent, nam sunt me parens evocaturus sit sum
non et hic Pestilentiae ad Veris initium tepidioris rediturus falce metendus adero
et quicquid illic non vitassem hic perpessurus sum et e converso idem sensurus
Quando ergo me expectare debeas non temere dixero. Quid si non exeam pateret
in Helvetiam egressus Quid si mortem obiturus quid me fune eo fieret.
nihil curaturus tamen. Mortem namque et si non vocem non tamen exhorreo si veniat
ad Christum praeparato cui tot contigerunt praeter ea quae dixi ut nulla re a dijs
longiori vitam precari possem, Credis itemque forsitan nihil esse ob quod merito

querulus sim. Calceum puto vides me gerere Lunatum et perbellum sed
ubi me mollis pellis premat hoc non etiam introspicis. Tu si oppugna-
tum patrem expugnaveris et ab ira diverteris ad misericordiam qua dignior
etiam hosti iam dudum eram commoturus, magnum eximes animo scrupulum
Sin minus efficies quod voles, Ferenda cum omni fortuna omnes Dirae Parcaeque.
Veniam e periculo mortis in aliud non minus ab exilio in exilium,
Solabitur me hoc unum quod promisisti hospitalitatis munus, Exclusum
ubi non debuerat tu suscipies. Redi ad hac omnia quod facis aut litteris
graviter culpa non potui promissis pariter stare et aliud quam esset in animo
nugari. Nihil est quod ultra te scire velim quam tecum me. Praeterea nihil est.
Litteras has nec alias minus caute serva. Tuos parentes si e pago patrem meum
ad eos reversus es sani tecum sint cum sororibus et coniuge tua salutare
iubeto me committito si me amas quam primum animum et quid loqua-
tur super me quid de me audierit. Myconij mei more proximis
litteris exponas. Vale virorum charissime perpetuo feliciter et me ut soles
ama. Lutetia Decimaquarta Ianuarij Anni M.D.XX.

Conradus Grebelius tuum mancipium.

Leopoldus meus non illum Viennensem agens deinde et Petrus Scudus
ut te salutem eorum nomine orarent.

Viro incomparabiliter docto
humanoq; Medico Poetae et
Oratori Ioachimo Vadiano.
sororio suo perquam colendissimo

Von Zürich

.I V.